



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 61. Creantur Cardinales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. ri, ut eos in pristinos errores reduceret.  
 A.C. 1338. Papa rem edoctus mandata misit, ut Athanasium Vicarius Romanus, Episcopus Anagninus, alios autem duos Armenos eorundem criminum affines, scilicet Petrum Patavii hærentem, qui se Hierosolymæ Patriarcham, & Episcopum Nazarenum fingeret, ac Ezechielem hujus Vicarium Florentiæ commorantem locorum Antistites carceribus addicerent.

## §. LXI.

*Papa Cardinales creat.*

Die Veneris 18 Decembris anno 1338  
 Bal. vit. to. I. Papa Benedictus sex decrevit Cardinales. Primus fuit Gotius Ariminensis e familia \* Pugniorum, a Papa 14 Junii an. 1335 Constantinopolitanus Patriarcha honorarius, modo Cardinalis Presbyter designatus absens, quippe hoc anno ut Legatus ab eodem in Siciliam missus cum Ratherio Episcopo Vasionensi. Secundus, Bertrandus Deucius, natus in castro Blandiaco territorii Vindomagensis, dioceseos Uzetinæ, ex Præposito Ecclesiæ Ebredunensis factus an. 1333 ejusdem Archiepiscopus, eodemque anno a Papa Joanne XXII ad Robertum Siciliæ Regem, & ad Franciscum Dandolum Venetorum Ducem missus, ut eos consuleret

Bal. vit. to. I.

p. 209. 810.

Ecc. 242.

\* Desbatail.

les

Rayn. 1335.

n. 63.

ret de modis sistendi progressus bellicos Turcarum. Adhuc aberat, cum declaratus est Cardinalis Presbyter. Sæcul. XIV.  
A.C. 1338.

Tertius, Petrus Rogerius Malomontanus Archiepiscopus Rothomagensis, & postea Papa Clemens VI. Quartus, Guilielmus Curtius ortus in diœcesi Tolosana, nempe Mirapicina; sed ante disjunctionem; ex monacho Cisterciensi ac Doctore Theologiæ Episcopus pridie Calendas Majas anno 1337 Nemosensis, ac tertio Nonas Decembres Albigenis; nunc Cardinalis Presbyter evasit. Quintus, Bernardus Albiensis, ex diœcesi Apamiana oriundus; anno 1336 renunciatus Episcopus Rhutenarum; sequente anno Castiliæ ac Lusitaniæ Reges reconciliatum missus in Hispaniam: ubi etiam tum agebat, cum Cardinalis Presbyter crearetur. Sextus, Guilielmus Daurius ex Monacho Lesatino Montolii Abbas per Joannem XXII anno 1323 factus, & a Benedicto XII an. 1336 adhibitus ad componendas sanctiones Benedictinum Ordinem correcturas. Cardinalis Presbyter appellatus, Montolii successorem habuit Raymundum Rogerium Daurium agnatum suum. *Sup. §. 48.*

Tres Cardinales, qui creationis tempore abfuerant, non nisi post mensis spatium, nimirum 16 Jan. 1339 Avenione in Papæ conclavi suos accepere titulos. *Rayn. n. 87.*  
*Mus. Ital.*  
*to. 2. p. 432.*

Fanum

Sæcul. XIV.  
A. C. 1338

Fanum S. Marci Bertrando Deucio, ædem Sanctorum Quatuor Coronatorum Guilielmo Curtio, templum S. Stephani in monte Cælio Guilielmo Daurio commisit Papa. Hæc testatur scriptor coævus, scilicet Cardinalis Jacobus Cajetanus in suo codice ceremoniarum Curiae Romanæ.

§. LXII.

*Petro Arragonio adjudicatur  
Sicilia.*

*Rayn. 1339.*  
*n. 44. 45. &c.*  
*J. Vill. l. II.*  
*c. 70.*

*Rayn. 1337.*  
*n. 26.*

*Id. 1338.*  
*n. 33.*

Interea Gotius primus e novis Cardinalibus, & Ratherius Episcopus Vasio-  
nensis in Siciliam delati premebant Pe-  
trum Arragonium se gerentem pro Rege  
hujus insulæ. Is erat maximus natu fi-  
lius Friderici 24 Junii anno 1337 mortui,  
postquam Petrum se vivo coronari cura-  
verat, etsi prope insanus erat. Tum  
Rex Robertus erectus in spem recupe-  
randæ Siciliæ ad Papam Benedictum  
hac super re scripsit: qui 28 Augusti re-  
posuit se nihil ejus damno fieri passurum,  
sed omni ope ac opera ipsi affore. Ar-  
ragoniæ Princeps, qui se dicebat Petrum II  
Siciliæ Regem, a Papa Benedicto inau-  
gurationem in novam dignitatem popo-  
scit per duos Equites, quibus traditum  
mandatum postremo Martii an. 1338 scri-  
ptum